



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de**

**Coloniae, 1573**

**VD16 T 1629**

Cap. I. Defensio doctrinae de non accedendo ad menstruata[m], in epistola Clementis quarta, quòd eam repraehendant Magdeburgenses contra naturae decentiam & honestatem. Item de purificatione, siue ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29685**

permane in ijs, quę didicisti, & credita sunt tibi: permanere præcepit in doctrina ab Apostolo tradita, & eam instar depositi fideliter seruare: hæreticorum enim est, non permanere in eo, quod ab initio audiērunt, vt beatus Ioan. ait, immo ipsorum quoque est, vt idem Apostolus Paulus ad eosdem Ephesios scripsit, tanquam paruulos fluctuare, & omni vento doctriņę circumferri, quod istis ipsi nouis hæreticis nemo est quin euenisse sciat. Hinc enim Luterana hæresis tam multijugis facta est. hinc Confessionistę, Osiandri, Zuingliani, Adiaphoristę, Melanchthonici, Maioristę, & reliqui manarunt. Deindę subiungit Apostolus, sciens a quo didiceris, scilicet didicerat Timotheus a Paulo, qui, vt idem Galatis testatus est, non ab homine euangelium accepit, neq; didicit, sed per reuelationem Iesu Christi. Itaque auctoritatem magistri commendauit Apostolus, quo magis studiũ discipuli ad conseruandã doctrinam perceptam excitaret, vt sicut idem ad Hebręos scripsit, abundantius obseruaret ea, quę audisset, nę fortę perflueret. Hoc autem Martinus Luterus cũ alioqui superbissimus esset, & prophetam se vocare ausus, nunquã tamen ausus est dicere, non ab homine accepisse, neq; didicisse euangelium, quod prædicabat, sed per reuelationem Iesu Christi. Hoc ergo Martinũ Luterum, & reliquos ab eo factos, peruersa loqui fecit, vt de futuris illis hæreticis Paulus prædixit, quod nesciērũt, vel potius obliti sunt, a quo euangelium accepissent, illud dico, quod euangelio suo nouo *μυστήριον*, vt verbo Apostoli vtar, id est, transuertere uoluerunt. Nos igitur, Reuerendissime Stanislae Hosi, vt propositum nobis prosequamur, permanentes, sicut sancti apostoli patres nostri monuerũt, in ijs, quę didicimus, & credita sunt nobis, scientes ex quibus, scilicet sanctis apostolis & apostolicis patribus ea didicerimus, pergemus deinceps reliquam doctrinam epistolarum Pontificum Apostolicorum ab istis reprehensam, auctoritate verbi Dei defendere, & ad cętera omnia, quę in eã obijciunt, vt hæc tēnũs fecimus, respondere.

*Defensio doctrinę de non accedendo ad mēstruatam, in epistola Clementis quarta. Quod eam reprehendant Magdeburgenses contra naturę decetiam & honestatem. Item de purificatione, siue lauatione, contra naturalem quoque honestatem & honestę consuetudinis decetiam, a Magdeburgensibus reprehensa.* Cap. I.

**V**T ergo reliquam deinceps confutationem eorum, quę doctrinę catholicę epistolarum adhuc Magdeburgen. opponũt, prosequamur, respondeamus eis ad id, quod in eorum accusatione sequitur, de vitanda mēstruata, & de purificatione in epistola Clemen. 4. Hęc enim ad traditiones quoque humanas, vt proximę superiora, retulerunt: & ad laqueos conscientię, similiter atque illa, pertinere dicunt. Recitemusq; prius, quę Clemens scripsit. Est, inquit, sanę propria quædam nostrę religio-

nis obseruantia, quæ non tã imponitur hominibus, quàm propriè ab vnoquoq; Deum colente, causa puritatis expetitur: de castimonix, dico, cautela, cuius species multæ sunt: sed primò, vt obseruet vnusquisq;, nè mēstruatæ mulieri misceatur. hoc enim execrabile ducit lex Dei. quod etsi lex de his non admonuisset, nos vt Cathari, non libèter volueremur in stercore. (sic enim est in exemplari vetustissimo bibliothecæ Vaticanæ, & in altero Florentino bibliothecæ S. Marci) debemus aliquid amplius habere animalibus, vtpotè rationales homines, & cælestium sensuum capaces, quibus summū studiū esse debeat, ab omni inquinamento cordis conscientia custodire, & Admonuit Clemens Magdeburgenses, nè humanam traditionē hanc esse putarent, neq; tamen admoniti intellexerūt. Cū enim dixit, Est sanè propria quædam nostræ religionis obseruantia, quæ non tam hominibus imponitur, quàm propriè ab vnoquoq; Deum colente, causa puritatis expetitur: an non clarè admonuit, non pertinere hoc, quod nunc præcipit, ad humanam traditionē? neq; se esse, qui ex se hoc hominibus, sed potius ab vnoquoq; secundum legē moralis decentiæ, & sanctæ continentiæ hoc expeti? subiungit enim, Vt obseruet vnusquisque, nè mēstruatæ mulieri misceatur. hoc enim execrabile ducit lex. Deindè subiungit de legē naturalis decentiæ. Quod etsi lex de his non admonuisset, nos vt Cathari, id est, mundi, non libenter volueremur in stercore. debemus enim aliquid amplius habere animalibus, vtpotè ratiōales homines, & quæ sequuntur, iam recitata. Si Paulus cū Corinthios reprehenderet, q; contra decentiam quoq; naturalem viri velato capite orarent in ecclesia, & mulieres non velato, exprobrans eis tarditatē non intelligendi quod honestū erat, aiebat: Vos ipsi iudicate. decet mulierē non velatam orare: nec ipsa natura docet vos, q; vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier verò si nutriat, gloria est illi: quoniā capilli pro velamine ei dati sunt: quāto magis licet dicere vobis, & quidem tarditatem exprobrando, nec ipsa natura vos docet, q; si vir ad mēstruatam mulierem accedat, vt cum ea rem habeat, summa inemperātia libidinis sit, & noxia turpitudine, ac execrabilis feditas? Iudicent vestri laici Lutherani, si qui sunt paulo quàm vos, temperatiōres ac honestiores, vt condemnent vos de execrabili doctrina vestra, qui inter traditiones humanas, quas fingitis, legem decētix naturalis & sanctæ continentix non miscendi se cum muliere mēstruatam, retulistis omnis incontinentix magistri. Sed videamus de lege Dei. Fortassis enim existimastis, vt parū in scripturis sanctis eruditi, huiusmodi cōsuetudinem cum mēstruatam, quia in Leuitico prohibeatur, ad ritus Mosaicæ legis, quæ delicta est, pertinere, ac non potius ad honestos mores, qui ex decalogo, ceu ex fonte naturali & diuino, ducuntur. Isichius ergò presbyter Hierosolymitanus, interpres Leuitici eruditissimus, interpretans hanc legē Leuitici cap. 20. A mēstruatam, inquit, abstinere nō frustrā legislator præcipit, sed hominē suadens ad pudicitiam, castitatisq; cum diligentia habere, ex qua sanctificatio

1. Cor. 11.

*Magd. detestabilis incōtinētia magistrī. Non ad carēmonia legis, sed ad honestatem morū naturalem pertinet, nō accedere ad mēstruatam.*

*Iſichius Hieroſolymitanus.  
Leuit. 20.  
Clem. Alex.*

ficatio prouenit, nolens in modum porcorū cōtinuē cum mulieribus miſceri, & ad cōmunem corruptionē vacare. Haſtenū Iſichius. Itē Clemens Alexandr. in Pædago lib. 2. & Moſes, inquit, iſtis etiam vxoribus interdicit acceſſum ad virū, dum ſunt in menſtruis. nō enim, inquit, rationi cōſentaneū eſt, illa ſordiū purgatione illud genitale ſemen, quod paulō pōſt futurū eſt homo, polluere, nec ſordido fluxu materiæ alluere ſemen bonæ generationis, ſiſcis vteri priuatū. immō ex Ezechiele intelligere poteſtis, virū ad traditiones humanas, quas ſomniatis, pertineat, an potiū ad iuſtitia decalogi, Et vir, inquit, ſi fuerit iuſtus, (omne genus virtutis ſignificauit) deinde partes iuſtitia exequens: ſi fecerit, inquit, iudiciū & iuſtitia, in montibus nō comederit, & oculos ſuos non leauerit ad idola domūs Iſrael, & vxorē proximi ſui non violauerit, & ad mulierē menſtruatā non acceſſerit, & hominē nō cōtriftauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panē ſuū eſurienti dederit, & nudū operuerit veſtimēto, ad vſuram non accommodauerit, amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudiciū verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatē, hic iuſtus eſt: & vita viuet, ait Dñs. Si hæc omnia, quæ Propheta hoc loco coniunxit cum abſtinentia à mēſtruatā, ad traditiones humanas & laqueos conſcientiæ, vt vos dicitis, pertinent, pertineat etiam abſtinentia iſta. Vos ipſi iudicate Magdeburgenſes. Iam credo, pudet vos, vtinam pœniteat. Denique quōd hæc de non accedendo ad eam, quæ in menſtruis eſt, nō ſit traditio humana, ſed traditio temperatię naturalis, ab ijs obſeruari ſolita, qui ſe in libidine continent, ex 6. libro Clementis de conſtit. apoſtolicis, ca. 28. perſpici poteſt. Sic enim ait, cū naturalis purgatio cernitur in vxoribus, nē ſe cum illis cōmiſceant mariti, vt proli cōſultum ſit. id enim lex prohibuit, cū ait, ad eam, quæ patitur menſtruū, nē accedas. Sed dicamus deinceps de purificatione, ſic tamen, vt more noſtro priū recitemus, quæ Clemens ait: Bonum eſt autem, inquit, & puritati conueniēs, etiā corpus aqua diluere: bonum verō dico, non quaſi principale illud, in quo mens purificatur, ſed quōd ſequela ſit illius boni hoc, in quo caro diluitur. ſic enim & magiſter noſter quosdam Phariſæorum & ſcribarum, qui videbātur cæteris meliores, & à vulgo ſeparati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia ea ſolummodō, quæ hominibus videbantur, purificabāt: corda verō, quæ ſolus Deus adſpicit, inquinata relinquebant, & ſordida. ad quosdam ergo ex ipſis, inquit, nō ad oēs, dicebat: Vx vobis ſcribæ & phariſæi, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intūs autē plena ſunt ſordibus. Phariſææ cæce, munda priū, quod intūs eſt, & quod de foris eſt, erit mundum. Verē enim ſi mens mundetur luce ſcientiæ, cū ipſa fuerit mūda ac ſplendida, tunc etiā eius, qui de foris eſt, hominis ipſa neceſſariō curā gerit carnis ſuæ, vt & ipſa purificetur. Vbi autē iſta quæ de foris eſt, purificatio carnis negligitur, certū eſt neq; de puritate mentis ac mūditiā cordis curā geri.

*Inter iuſtitias decalogi retulit Ezech. non accedere ad menſtruatā. Exec. 18.*

*Matt. 13.*

Itā

Ità ergò fit, vt is, qui intrinsecùs mundus est, mūdetur sine dubio & extrinsecùs: non semper autem is, qui mundatur extrinsecùs, etiam intrinsecùs mundus est, videlicet cùm agit hæc, vt hominibus placeat. Hæc Clemens. Quæ valent aduersùs Ebionitas, Cerinthi successores, qui frequenti lauatione corporis utebantur, quòd ea se à peccatis mundari falsò putarent, quæ nemo Catholicorum est, qui non dicat sanctissimè scripta esse, & qui non ea sequi & seruare studeat. Vos soli inuenti estis, qui improbaretis, qui tanto studio omnia ad calumniam vt cunquè rapiendi tenemini, vt non animaduertentis, quòd hic accusatis, hoc vos, & quidem laudatè, facere. Vellem enim à vobis quærere, an vos non faciem & manus lautatis, & id quidè quotidè, ac rursùs manus, cùm mensis accubare vultis? Equidem in Germania nunquàm fui, sed quòd fieri vidi, vbicunquè fui, non puto nò item apud vos fieri. Est enim fidem Ecclesiæ catholicæ respuitis, hanc tamè catholicam consuetudinem, cum natura & scriptura consentientem, & apostolica admonitione commendatam, nondùm respuitis. Sic enim scriptum est in 8. lib. Clementis de apost. constitut. cap. 23. Omnis fidelis siue vir, siue fœmina, postquàm surrexerit è somno, antequàm opus aggrediatur, postquàm lauerit, oret: si autem fiat aliqua de verbo Dei instructio, anteponat fidelis siue vir, siue fœmina verbum operi. Hactenùs constitutio, ex numero earum, quæ similiores sunt monitis, quàm legibus, quæ *ἐπιμαρτυρα*, & *ἐπιμαρτυρα* à Platone dicuntur, de quibus libro primo dictum est. Quarè si aqua aut tempus deest ad lauandum, aut si fortè oblitus sumus, neque laqueum conscientiæ iniectum putamus, neque commissum peccatum non lauàdo: puerile est hoc. At si quis à communi hoc & vsitato fidelium more alienus esse velit, reprehensionem iustam & pœnam meritam incurrat. Hic enim vsurpari quoquè illud potest, Nec ipsa natura vos docet, quòd si quis fidelis manus, aut faciem sordidam habeat, ignominia est illi? Vos ipsi iudicate, an deceat illotos esse, an lotos, non quidem Pharisæicè, sed Christianè, habentes priorem curam purificandi conscientiam, quàm corpus. Licet hic dicere, quòd ait Clemens Alexandrinus in Pædagogo lib. 2. describès enim ea, quæ ad decentiam hominis Christiani pertinent, cùm eos reprehendit, qui frequenter expuunt, aut violentiùs excreant, aut inter conuiuium nares emungunt, subiungit deindè causam reprehensionis, inquiring: Obseruandum est enim, nè, qui comprandent, præ nausea hanc indecentiam oderint, quæ intemperantiam arguit. Et paulò post, crepitus rusticitatis vitandos esse dicit, nè qui audiunt, testimonium rusticitatis ac male educationis præbeant. Ad hoc genus pertinet non lauare, quæ indecentia, vt intemperantiæ index ac testis, fugienda est Christianis, quos nullam occasionem maledicendi, fratribus dare oportet. Lauare autem in balneo, viris quidem solius sanitatis causa permittit Pædagogus Clementis Alexan. mulieribus verò sanitatis & munditiæ. cum quo satis conuenit alia apostolica cõstitutio, similiior item admonitioni, quàm legi, in primo lib. de laicis à Clemente Romano

*Cõsuetudo lauandi extrinsecus sordes, cum natura, scriptura, & apostolica traditione consentiens.*

Cap. 7.

*Indecentia nõ lauãli sordes extrinsecus, index intemperantiæ, & occasio detrahendi.*

lib. 3. cap. 9.

Romano

Romano scripta, quæ modum ponit lauatiōi mulierū in balneo, vt honeste, atq; vt fidelem decet, sine scandalo fiat. Quarè hīc non de lauatiōe corporis loquitur Clemens Romanus, qualis erat illa Phariseorum aut Ebionitarū, qui eas partes crebrò lauabant, quæ extrinsecūs cernuntur: quod autē intūs erat, id est, cor, non mundabant, quod erat alioqui priūs mundandum. Vndè Pædagogus Clemētis Alexandrini, velut in hunc locū Clementis Romani in hac epistola, quā Magdeburgenses negant, intuēs: Oportet autē, inquit, maximè quidem lauare animum purgante ratione, & nonnunq̄ etiam corpus propter sordes, quæ ei adnascūtur. Væ enim vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, dicit Dñs, quoniam quod est extrinsecūs poculi & patinæ, mundatis, intūs autem plena sunt omnia immunditia. mūda primum quod intūs est poculi, vt fit etiam mundum, quod est exterius. Deindè subiungit: Optimū ergò lauacrum purgat sordes animæ, estq; spirituale, & quæ sequuntur. Et sanctus Epiphanius confutans lauatiōem supersticiosam Ebionitarum. lib. 1. tom. 2. cap. 30. Pronunciat, inquit, perfectè aduersūs Phariseos & scribas crebrò manus lauātes, q̄ illois manibus edere non inquinat hominē. Quarè, inquit, non solūm actiones istorū euerit, sed etiam lauare manus, superfluū esse ostendit: tamen lauare manus si quis vellet, non esse noxam. Clemens verò Romanus in epistola sua, nō solūm non nocere, sed etiam bonum esse, & puritati conueniens, dixit. Sed quæret aliquis fortasè, quid in mentem Clementi venerit, vt de ista lauatiōe corporis meminerit: scilicet quia meminerat de sordibus sanguinis menstrui, non miscendis cum semine mariti, vt incontinentes homines solent. Addiderat autem, custodiendā esse conscientiam ab omni iniquamēto corporis, nè quis existimaret, nullam apud fideles mundandi corporis rationem haberi, præsertim cū & ad eos scriberet, qui ex gentibus crediderant, apud quos magna cura & studiū lauatiōis est: idcirco de hoc quoq; valdè opportunè & accōmodatè aduersūs Ebionem admonuit. Deniq; quo magis adhuc intelligant Magdeburgenses, non de ritu vllō Iudaicæ purificationis siue lauatiōis, hoc loco Clementem in epistola loqui, idem Clemens li. 6. de constitut. Apostolicis cap. 23. Vir, inquit, & vxor cū matrimonio legitimo corpora commiscunt, & coniunctionem corporum dimittunt, precentur sine obseruatione: & si enim non lauerint corpora, puri sunt. Valet hoc cōtra Ebionem, qui (vt sanctus Epiphanius narrat) quotidie, si cū muliere rem haberet, statim baptizabatur in aquis. Sed de his hæc tēns.

*Defensio doctrine de communi vita in epistola 5. Clementis: & de origine communitatis rerum, & de perfectione eius: & de errore in ea veterū hæreticorum, & nostræ ætatis: item de vita communi religiosorum, & de voto, quod suscipitur, item de communi vita clericorum ex communi sumptu ecclesiæ.*

Cap. 2.

Tt

Pergunt